

salvo iusto impedimento ut dictum est, et associare ipsum vexillum ad locum ubi portabitur, sub pena decem sold. par. pro quolibet consiliario deficiente sive contrafatiente ac vice quolibet contrafacta, ac etiam redire ad palatium comunis cum ipso vexillo sub eadem pena. ¶ Et potestas ac iudices Tergesti 5
 262 B teneantur et debeant // legi facere [et] proclamare maius consilium, tam in eundo quam in redeundo, sub pena decem libr. par. pro potestate et sold. centum par. pro quolibet iudice contrafatiente et vice qualibet contrafacta.

Cap. XXXII. Rubrica de una domo dimittenda 10
 vel qui dimitti possit conventui fratrum predicatorum ordinis sancti Dominici.

Providimus intuitu caritatis quod, si qua persona civis vel habitatrix Tergesti dimitteret in suo testamento vel alio 15
 modo daret vel donaret conventui fratrum predicatorum ordinis sancti Dominici de Iustinopoli sive fratribus ipsius loci unam domum in civitate Tergesti, pro sua habitatione tantum, quod dicti fratres sive conventus ipsam domum habere tenere et possidere possint semper pro suo usu et comodo tantum, 20
 que domus modo aliquo sive ingenio alicui forensi alienari sive obligari non possit; et si fieret aliqua alienatio vel obligatio de ipsa domo alicui forensi a civitate Tergesti per ipsum conventum vel fratres ipsius conventus, quod dicta domus veniat in comuni et talis alienatio sive obligatio ipso 25
 iure sit cassa et nullius valoris.

Cap. XXXIII. Rubrica de vendentibus lignamina et fenum et de loco in quo vendi debent.

Ordinamus quod omnia ligna sive lignamina fenum dogas 30
 fundos et circulos et alia lignamina, tam laborata quam non laborata, que conducentur ad vendendum in civitatem Tergesti, conduci debeant et vendi in platea post palacium co-